

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1005

**Auteur(s) :** Henri d'Andely, Rouen (chanoine)

**Bénéficiaire(s) :** Raoul, Bayeux (archidiacre)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1217, 6 mars

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Sentence portée par des chanoines de Rouen au sujet d'une contestation entre Raoul, archidiacre de Bayeux, et Gilbert, prêtre de Percy, sur les plaids ecclésiastiques.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCXV, t. 1, p. 262-263.

Texte établi d'après a

Universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis præsens scriptum inspecturis, magister Henricus (?) de Andeleio, G... de Marleiz, canonici Rothomagenses, salutem in Domino perpetuam. Universitati vestræ notum facimus quod, cum auctoritate apostolica nobis et cancellario Rothomagensi causa inter Radulfum, archidiaconum Baiocensem, et Gillebertum, presbiterum de Perceio, super placitis ecclesiasticis, videlicet, de fornicatione et adulterio, de Treuga sancta, de fide læsa et juramento facto, delegaretur terminanda, videlicet in parrochiis de Esson, de Tureio, de Donaio, de Combraio, de Sancto Remigio, de Muscen, de Petrafita, de Boniol, de Bolon, et coram nobis dictus archidiaconus tertiam partem illorum placitorum et proventuum eorumdem a dicto Gilleberto petisset, utpote quæ dicebat ad archidiaconatum suum pertinere, adversa parte, e contra, respondente quod dicta placita et proventus eorum ad capellam de Castro Tureii, ex præsentatione Radulfi Tesson, et donatione Roberti, domini Baiocensis episcopi, pertinerent, lite sollempniter contestata, auditis hinc inde propositis, receptis probationibus tam super petitorio quam super possessorio, omnibus sollempniter et rite peractis, adjudicavimus dicto archidiacono jus et possessionem tertiæ partis dictorum placitorum et proventuum eorumdem in ecclesiis suprascriptis, non obstante donatione ab episcopo facta ; quia, etsi forte ad tempus suum posset conferre quod suum erat, tamen illud, quod ad jus archidiaconi dicti dignoscitur pertinere, in alium transferre non potuit, vel ignorante archidiacono, vel invito. Quod ut ratum et stabile perseveret prout a nobis est sententialiter diffinitum, tertio nostro conjudice recusato ab inicio litis, litteris nostris, cum nostrorum sigillorum appensione, duximus confirmandum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexto decimo, pridie nonas marcii, apud Rothomagum, in majori ecclesia.